

veniemus inter ceteros Damascenum, qui esto Dormitionis nomen usurpet, sicut Gracorum alii, eum tamen corpore, & anima assumptam in celum fatentur, ut legere est in eorum publicis Officiis pro diebus XV., XVII., & XVIII. Augusti.

Hoc testimonium Orientalis Ecclesiae imperitiam redarguit libellatoris, qui vocabulum Dormitionis, ac cetera hujusmodi in eo festo usurpata Assumptionem excludere existimavit, cum ita scripsit: Aliquando apud saeculorum priorum vetustos Pates habitatum fuit de ejus resurrectione station post mortem, & de ejusdem corporis glorificatione, & Assumptione in celum. Quare auctores antiquorum Martyrologiorum agnoscentes vim nominis Assumptionis, indicarunt ejas festum nominibus Depositionis, Dormitionis, Pauperationis, & Tranitus Marie.

Praterea, quod unam mortem coluerit vetus Ecclesia, non est ex eo consequens, ut, cum Assumptionem colere coepit, objectum mutaverit. Hoc enim tempore simul colit beatam mortem, & Assumptionem. Itaque non est mutantum objectum, sed ampliatum. Etsi vero private aliquot Ecclesiae, cum Dormitionem Beatae Virginis colerent, in Usuardi Martyrologio ira legebant: quo autem venerabile illud Spiritus Sancti Templum nata, & consilio Dizino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiae cum pietate nescire, quam aliquid frivolum, & apocryphum inde tenendo docere: quamvis, inquam, sic legerent; non tamen appetet, Assumptionem tunc ab illis negatam, sed ea de re curiosam inquisitionem praetermissam. At non est, inquires, omnibus numeris absoluta traditio. Non refert. Nam Ecclesia iudicium est plusquam satis ad certam fidem faciendam Assumptionis Deiparæ. Ecclesia enim, Deo movente, festum instituit; & quid sentiret, & crederet, satis aperte significieavit, cum Officium prescrisperet, quod Virginem habet assumptam corpore, & anima: Hodie Maria Virgo celos ascendit. Ascendere enim viventis corporis est, non animæ separatae.

Id